Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Vita sancti Victorini martyris

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

in cimiterio priſcillae. ſub die ſeptimo kl iunias; Tunc afflictione conſtricta beata praxedis ingemuit & orauit ad dnm ut tranſiret ex hoc mundo; Cuius orationes & lacrimae ad dnm ihm xpm peruenerunt. Poſt dies triginta & quattuor. poſt martyrium ſcorum ſuppradictorum et coronam migrauit ad dnm uirgo ſacrata. ſub die duodecimo kl auguſtas; Cuius corpus ego paſtor prbr ſepeliui iuxta patrem ſuum in cimiterio priſcillae uia ſalaria. ubi hodie florent orationes ſcorum. ad laudem dni. in ſaecula ſaeculorum. amen.

EXPLICIT SCAE PRAXIDIS UIRGINIS.

INCIPIT UITA SCI UICTORINI MAR:

MINSE IULIO DIE XXMO IIII TO.

Huc uſque nos patris hieronimi dicta referentes per interpretes locuti. Reliquum opus ut ſermo noſter eſt. ueſtra caritas libenter audiat. quae enim ſingulis de quibus ſcis ſtili auctorem conperimus. in hiſtoria miſimus. ne laterent homines. quorum dm non latuerunt uirtutes; primumq. a uictorino incohantes. quem ſeuerini legimus fuiſſe germanum. ut uelut ab optimo fundamento. opus noſtrum inchoans. ad perfecti aedificii ſolida tecta conſurgat; hi poſt utriuſq. parentis obitum. ſe inuicem pedagogantes pari cuſtodia & motus obſequii aemulantes. etiam bonis operibus germanitatis uinculo. probabiles dō hoſtias obtulerunt. picentinae acolae prouinciae qua uadoſus fluſor preter fluit ſepti pedam. hi cum legentes euangelia uenissent ad locum. in quo temptator locuples repertus ſuſ eſt. audiens a dō. uis eſſe perfectus uende omnia quae habes da pauperib. & habebis theſaurum in caelo. et ueni ſequere me; Neuti contriſtati redeuntes domi ſedentes ſententia ferirentur. facilius camelum per foramen acus transire. quam diuitem ingredi regna caelorum; Abſoluentes ſe anexu ſaeculi. omnibus diſtractis facultatibus pauperibuſq. diuiſis. quorum ſciebant eſſe regna caelorum. nihil ſibi praeter ſe inuicem relinquentes expediti. poſt dnm cucurrerunt ut merito dicerent. poſiti in odore unguentorum tuorum currimus. poſſentq. cum petro dicere. Ecce nos reliquimus omnia et ſecuti ſumus te. Alter itaq. ſeruiens alteri mutata uice et aemula caritate ſeruabat imperium libertas. nihil deerat cum nihil haberent. Igitur uictorinus ſperans altius et adipiſum quod ſibi parebant imperfectum conputans nec ſatis ſibi factum. ſi alteri liceret in altero. ſic germanum locutus eſt. mi frater care magis ſum ex conſamulatu di. quam ex germanitatis uinculo. ſi ideo uendidimus omnia ut expediti ſequeremur dnm. cur mutua caritate ſeparemur a dō. Nam cum mihi ante idem. quod tibi in me iuris ſit. Nec mihi deeſt ſeruitium nec tibi. paret alter alteri dum facio quod iubes. et quod iubeo facis. non facimus quod iuſſit dſ. Sumo indumentum tuum tu meū. ſic geminae ſunt ſingulae ueſtes. cum utriſq. ſuae communes ſint. heremum peto quae perfectos habet. Cumque dictis uale faciens ſe de tugurio eliminat. ſiluas petit. Uicinus mons quem dicunt prolacem. nec defuit habitaculum quod natura praeſtiterat. ſedit in ſpecu excelſe rupis. quod ſubter fluentis aquae. geminum ſinuauit abruptum. Unum tantum hoſpitium uiro ut ſedens ſomnum caperet. uel ſi reciperet alterum ſtans oraret. Texit hoſtiolum uimine ut ex antro faceret domum. hic annum perpetim legens oranſq. per noctem. otioſum agens negotium. etiam nullus intercederet. ſoli ſe exhibebat dō. Cum haec antiquus hoſtis bonorum ſolito inuidens. modo ſimulans puellam. ſeq. ad antrum uiri uelut oberraret adplicuit. et ſic humili uoce obſidens ut expugnaret. uerba cum gemitu dedit. heu me miſeram quo perdiuerſa trahor ſiluis. errore et tenebris uaga nec locus agnoſcitur. et iter quaeritur. et auiis inpedimur; Quiſquis es iſtius dominus loci procul dubio parati. Cui caelum undiq. et undiqus ſiluae. fac me uirtutum tuarum opus. Eripe frendentibus

apriſ redditurus · ſtatim ut eluxerit nec longum
poſco habitaculum · unius noctis hoſpes ero · ſatis
ſuperq· ſufficerit · operiri limen tuum · Niſi me fra
gilis ſexus urgueret · et tranſeuntium ictus terrer&
urſorum · ecce ſeuientes ululant lupi · quo ductura ſ ū
tuum erit · ſi moriar tuum · facit artifex quid non
expugnat dolens · Reſerat uictorinus cellulam
et hoſtem ſecum dum miſeretur includit · Iubet
ingreſſa ut pre ſedeat in angulo quia et ipſe in alio
ſedit · ut caperet utrumque · Uix horę ſpatium
interceſſerat · dum inter molimina et adſiduum
corporis motum protenſo pede tetigit hominem
dī & uelut conpungens uulnere · noxio calore
ſuccendit · addit igniculum dulcedo ſermonis · &
male ſane iam uiſcera decus formę ſauciat · Ex
quiſitos cerneret oculis male radiantes · uultumq·
feneliter nitidum · quaſi per intexta lumina luna
res radii fulgebant · urguet ſaeuius ſolitudo
quae ſit agitur iam · ut putet ſine teſte mentitur
ignari magis id omnibus ſciri · quicquid dō tanto
teſte peccatur · ſed poſtquam ad opus ſceleris
eſt perductus · reſupinus in iuuenem predo
conſurgit · & qui expugnator fuerat pudoris ·
cenſor extitit caſtitatis · quid agis inquit uir
perfectiſſime · cui etiam frater grauis fuit · Tu
ne adiungeris alteri qui receſſiſti a tuo · Nonne
tibi germani tunica grauis erat · adeo ut cenſum
integrum conputares · qui uices duorum dicebas
officium ſeruulorum · qui nouum ſiluis dogma con
ſtituens · ſuadebas ſcopulis caſtitatem · adeo in me
mor noſtri diſpectorq· roboris · ut uetuſtum ſper
neris bellatorem · diſce quanti inpugnentur in
ſidiis · iace ſaucius · qui praeſumpſeras & coronā ·
ſtatim ut haec locutus eſt ex oculis decepti · ue
lut fumus euanuit · Iacuit qui ceciderat diu
& tamquam cadauer exanguis · nocte perpe
tim ſine aſpiratione durauit · ſed poſt quam lu
ce clareſcente ſidera deleta ſunt · fugiens
teſtem criminis cellulam nocentes deſerit
ſiluas · redit ad germanum · atq· incurrentes
lapſus pedes · diu uocem pudore compreſſit ·
prudenter tamen ſe lacrimis dolore quod eru
beſceret dicere · ſed poſt quam cauſam uictus ex
poſuit · et a conſolantis affectum · poenam ſibi
ipſe cenſor inpoſuit · findens arborem manusq·
inſerens & preduratam cuneis peſſulans cica
tricem cogit · ut in ſupplicio pedes pendeant · qui
ante dnm̄ ſtare noluerunt · una ſub obteſtatione
conligat fratrem ne quis ſe prius ſolueret · quā
cui deliquerat ignouiſſet · ſed mox ſeuerinus ſcō
epō nuntiauit de fratris facto · et poene noui
tas quam ſibi ipſe ingeſſerat · Deducit ſuum ponti
ficem ad locum · qui ad locutus pro ingenio cum
ſatis factum diceret · uolens ſoluere prohibetus
a re uincto · Id ipſum grate obuiat · differens orat ·
benedicit · redit · Cumq· id ipſum ſaepe feciſſet
interim uinctus poſt imperatum ieiunium ueſ
pere dominicę modicum panem nec plus ſed
minus aquae coactus a fratre capiebat · Qui
etiam ſe ſimili cibo & ieiunio pro fratre macera
bat · Iam ferme totum tranſierat triennium ·
adſumptiſq· inedia uiſceribus uixq· inhaerente
cute · ſola in iuncuiſ oſſa pendebant · Laxior
poena nondum retentur a ſuſpenſum ſi uoluiſſ&
reuinctus uitare ſupplicium · Igitur cum hoc per
omnes fama iactar& in alieno caſu ſui quiſque
miſericors coeunt omnes ad epiſcopum qui huius
modi ambiret in iudicem · clamant eſſe ſoluendum ·
quem etiam poena ingereret abſolutum · Uenit
cum omnibus ad monaſterium nec ut ſolebat leni
us · ſed plurima auctoritate ſuccinctus · ac ſic
erecto ſupercilio adloquitur · Reuinctus ſatis
exhauſtus eſt poenarum · crede uictorinae
mihi ſi credis dnī · tecum enim hoc iam meum
agit ſacerdotium quod petro xp̄s contulit
cuius nos heredes ſumus ſi in caelo ſoluitur quod
in terra ſoluitur · quia & quod ligatur in terra

ligatur incelo· Cum uideam tibi etiam ipſa uincula iã
parcere quae cernimus laxiora· ſoluo interra quem
ſolutum confido apud regem caelorum· ſedpoſt quam
ep̄s haec eſt locutus· ſtatim adreferendam arborem
aſtificum manus et multitudo colligitur etcum uic
torinum nonpotuiſſet reſiſtere· nec ſic optaret
abſolui· petit eb domada ieiunium· et cum uinctis ſe
oratione et ieiunio iuuantibus ſolueretur· Impetra
to ſtatim quia nonlonge diſtulerat· et ne minus cre
deretur dolor alienus· impleta ebdomada· redit
cum populo ep̄s· omnis aetas utrumq· ſexus adcurrit·
magnis ac minimis terra denſatur· ſcanditur tec
tum monaſterii· uicinae arbores onerantur· cla
mor idem omnium· beatiſſime papa abſolue quam ab
ſoluit dſ̄· Tunc ep̄s extenſa manu facto ſilentio
ſic locutus eſt· Expletum eſt uictorinae ieiunium
quod petiſti redde quod promiſeras· fiat ſermo quem
dixeras· ne iterum mentiendo pecces· et iam non
eſt ulla poenitentia· Tunc ſc̄s uictorinus ubi ſe
uerbis conſtrictum uidit· eleuans adcaelum uultum
poſt triennium· quia eleuari uincula nonper mit
tebant manus· oblitoq· prius aſacerdote ſacrificio
altum congemiſcens· ſic locutus eſt· Dſ pater uni
geniti tui filii dn̄i noſtri ihū xp̄i· cumquo per ſp̄m
ſcm̄ uniuerſa fundaſti· per quem hic mundus
indiuerſa eſt ſpecies diuiſus· qui es omnium crea
turarum reparator et conditor· per quem & fac
tus homo etrefectus eſt· per quem etconceſſa in
moſtalitas· etuicta mors inducta perdiabolum· ſed
ſubacta per xp̄m· per quem eleuati ſecunda na
tiuitate ſumus· ſi tamen peccare deſinamus· quia
primam peccando uiolauimus· per quem hunc lucis
uſum cum fratre commerui· meq· uita ſine fratre
priuaui· A quo mundi cenſum cum luce ſuſcepimus ob
quem mundi cenſum pro inmoſtalitate diſtraximus·
ut puraetibi ſeruitia exhiberemus ſi
te pura mente ſecutus ſum ut eſſem per
fectior & afratre diſceſſi· ſi te omnibus praepoſui
adfectibus· ſi te innocentibus filiis ſolum quaeſiui

ſi te inillo meae carnis ergaſtulo ſemper oracui
ſſet quod ſum deceptus adiabolo miſericors fui ſi
nonquod per ſuaſus ſum admiſiſſet tamen tibi ſine
teſte peccaui· ſi ate ſtatim lapſus cucurri· ſi tibi
me reum cum fratre optuli· cui ſine fratre deliqui·
ſi ut ſatis facerem delicto huic uolui ſubiacere ſup
plicio ſi me reum feci ante iudicium ſi adtecum
mea poena feſtino· ſi ſatis feci poena· conuerte ſen
tentiam· ſit abſolutus teſtis hic populus· qui eſt
teſtis addictus· ſi iam mereor ueniam ſolue uincula
mea· ſi adhuc poena ſuper eſt· detur dilatio ſoluen
tis· Uix haec uictorinus ediderat· caelumq· exſe
rena peſte contonuit· uinclaq· arboris purior ig
nis abſoluit· Ruit inſaccũ turba circumſtans·
et qui ceciderat ſolus erectus eſt· Itaq· omnibus con
laudantibus dn̄m deductus eſt adeccleſiam inqua
degens ſine crimine raptus breui adantiſtitem
urbis ſacerdotium· Cumque eſſet omnibus uirtuti
bus pollens ut angelicus haberetur· choros meru
it introire ſc̄orum· Regnante dn̄o noſtro ihū
xp̄o· qui uiuit et regnat inſaecula ſaeculorum· amen

EXPLICIT VITA SCI VICTORINI MART

INCIPIT PASSIO SCORUM MAR
TIRUM· SIMPLICII· FAUSTINI ET
BEATRICIS· MENSI IULIO· DIE
VIGISIMO NONO;

VI·

Temporibus diocliciani et maximiani· ſceleratiſ
ſimorum imperatorum· multi xp̄ianorum necati
ſunt inurbe roma· propter nomen dn̄i noſtri
ihū xp̄i· Eodem autem tempore contigit ut quae
dam beatrix nomine· et opere quae erat germana
ſoror ſc̄orum ſimplicii et fauſtini· qui pro nomine
dn̄i noſtri ihū xp̄i· poſt multa ac diuerſa ſupplicia·
quae inlata ſunt eis acarnificibus· iuſſi ſunt capita
lem ſubire ſententiam· et corpora eorum ligato
ſaxo incolla eorum· ſic mitterentur per pontem·
qui uocatur lapideus intiberinis reumatibus· Quorũ
corpora dĩ nutu· inuenta ſunt iuxta locum qui
appellatur ſextum philippi· portuenſe· Tunc